Chald. תַּנָּא *doctor*, et תְּנָאִי *doctus*, in שָׁנָה invenies.

Arab. cum ח suprà punctato, תנא thanni *laudavit, celebravit.*

תנא *fama bona & honorifica, laus mortui.*

מְתַנִּי muthni *famosus, celebris, gloriosus.*

תנך. Inde תְּנוּךְ *omnis cartilago exterior* aurem ambiens, *auricula* quæ sensu caret.

תנר. Inde תַּנּוּר, Arab. תַּנּוּר tannur *furnus, clibanus*, in quo coquitur panis.

תסס. Arab. תסוס *tinea.*

תעב duo significata habet. I. תָּעַב. Inde Niphal נִתְעַב *abominabilis, detestabilis, odiosus fuit* vel *factus est.*

Nom. תּוֹעֵבָה, Chald. תּוֹעֵבָא *abominatio, fastidium, res abominabilis & detestabilis*, tanquam fœda et perniciosa.

II. Arab. תעב *laboravit, fatigatus, defatigatus, vexatus, molestatus fuit.*

Nom. תַּעַב *labor, defatigatio, languor, molestia, cruciatus, ærumna.*

מֻתְעַב *fatigatus, vexatus, cruciatus, languidus.*

מֻתְעִב *fatigator, molestator.*

Cum ח suprà punctato, תְּעָבָאן thubin *draco, serpens ingens.*

תעה. תָּעָה, Chald. תְּעָא, idem quod שָׁגָה, *erravit* in via, *deviavit, huc illuc divagatus est*, ex uno loco in alium migravit.

Nom. תּוֹעָה, Arab. תיע *error.*

מַתְעִים *errores.*

תעם. Syr. תַּעַם *expunxit, delevit.*

תעף. Arab. תַּעַף *abhorruit.*

תער. Inde תַּעַר *novacula, culter rasorius, scalpellum.*

Deinde, תַּעַר, Fœm. תַּעְרָה *vagina.*

תפף. תָּפַף *pulsavit, manu percussit, planxit, tympanisavit.*

Nom. תֹּף, Arab. דף duff *tympanum*, quod pulsatur manibus : à sono.

Rabb. תָּפַף *pulsavit, tympanisavit.*

תַּפָּף *tympanites.*

Arab. דפיף dafif *tympanista.*

תפה. Arab. תאפי Matth. 23. ותתפונה *& persequemini eum à civitate in civitatem.*

תפה *insipiditas.*

תפח. Inde תַּפּוּחַ *malus* arbor, & *malum* fructus, *pomum.*

תפל tria significata habet. I. Inde תָּפֵל *fatuus, insipidus, inconditus, insulsus* cibus, aut quodvis aliud. Per Metaph. *fatuus stultus, insipiens, ineptus sermo.*

תִּפְלָה *insulsitas, fatuitas, stultitia, insipientia, ineptitudo.*

 Rabb.

Rabb. & Chald. תְּפַל *stultè egit, peccavit, murmuravit.* Item, *conjunxit.*

תְּפִילִין *appendices.*

II. Arab. תפל *spuit, expuit, conspuit.*

Nom. תְּפָלָה *sputum.* Item תְּפָלָה tâfla *creta,* cimolia terra, terra alba, qua fullones utuntur in extergendis pannis. מְתַפַּל mutaffal *cretatus.*

III. Arab. cum ת suprà punctato, תפל thafal, et תְּפָלִית *fæx, stercus, residentia, scoria, squamma.*

תפק. Arab. תפק *convenit, consensit, consonuit.*

Nom. אתפאק *convenientia, concentus.*

Deinde, תפק *occurrit, accidit.*

תפר. תְּפַר *suit, consuit, consarcinavit.*

תפש cum puncto sinistro, תְּפַשׂ, Chal. תְּפַס *prehendit, apprehendit, comprehendit, cepit tenuit, tetigit, attrectavit, tractavit, exercuit.*

Rabb. תְּפַת *Tartarus,* locus inferorum.

תקב. Rab. תְּקַב *conatus est,* תְּקָבָה *conatus.*

Arab. cum ת suprà punctato, תקב thacab *foravit, perforavit dolando, exterebravit, fodit, cavavit, pertudit.*

Nom. מְתְקוּב *perforatus, cavatus, fossus, pertusus, acuatus, acie præditus.*

תקב et תאקב. Fœm. תְּקָבָה *perforatio, fossio, foramen:* Plural. תְּקָאב *foramina.*

מִתְקַב *subula, terebra, stylus.*

תקה duo significata habet. I. Arab. תקה *timuit.*

Nom. תְּקִיָּא *timoratus, pius, sanctus.* מתקיא *idem.* אתקיא *timorati, sancti.*

II. cum ת supernè punctato, תְּקָה *confidit.*

תיקה *confidentia.*

תקית *cautela.*

תקל. Chald. תְּקַל *ponderavit,* et Arab. תקל *gravis fuit.*

תקם. Arab. cum ת suprà punctato, *discrevit, judicavit.* Psal. 43. ואתקם *& discerne causam meam.*

תקן. תְּקַן, Chald. & Syr. תְּקַן. Arab. תקן tacan *rectus, directus, correctus, emendatus, paratus, aptus fuit,* vel *factus est.*

Nom. תְּקִין *rectus, aptus, bonus.*

תִּקּוּן *directio, correctio, aptatio, cultus, ornatus:* Plural. תִּקּוּנִין *ornamenta.*

תִּקּוּן סוֹפְרִים *correctio scribarum:*

sunt duodecim et octo dictiones in textu Hebræo, quas ita scribæ ordinarunt legendas: ut, Ezech. 8. *Et ipsi mittunt crepitum ad* אַפָּם *nasum suum:* cùm olim scriberetur אַפִּי *nasum meum.*

מַתְקִינִין *capistra,* quibus equi diriguntur.

תַּקְנָא *supellex, vasa.*

תִּקְנָא *ordo, dispositio.*

Syr. תְּקְנוּת *rectitudo.*

מְתַקַּן *paratus.*

תקע tria sig. habet. I. תָּקַע, Ch. תְּקַע, denotat נחיצה ותחיבת חמסמר או יתד ואהל *fixit, affixit, infixit, defixit* clavum aut paxillum, *fixum statuit, impressit.* Gen. 31. v. 25. *Et Iacob* תָּקַע *fixit tentorium suum.*

II. תָּקַע, Chald. תְּקַע cum nomine tubæ aut buccinæ, *fixit, infixit, immisit, impressit* spiritum in tubam ut perstrepat, aut in buccinam, *clanxit, concrepuit, increpuit, classicum cecinit.*

Nom. תֵּקַע, Chald תְּקִיעָה & מַתְקִיעָה *impressio tubæ, clangor.*

תָּקוֹעַ *tuba,* qua clangitur ad congregandum populum ad bellum aut in urbem, *lituus.*

III. תָּקַע cum nomine כַּף *manus,* bifariam usurpatur. 1. *fixit, infixit manum suam suæ manus, percussit manum manu,* plausit, complausit præ gaudio.

2. *fixit, infixit manum suam manui alterius ad rem stabiliendam,* percussit manum alterius ad fidejussionem, *data manu fidejussit,* pactus est, spopondit, stipulatus est. Proverb. 6. *Fili mi, si fidejusseris pro proximo tuo,* תָּקַעְתָּ *fixeris pro alieno* כַּפֶּךָ *manum tuam.*

Arab. תקע *oppilatio, obstructio.*

תקף. תָּקַף, Chald. תְּקַף *fortis, robustus, corroboratus, durus, gravis, vehemens fuit, fortiter apprehendit, induruit, invaluit, graviter tulit, iratus est, vim fecit, coegit, superavit, prævaluit, convaluit.*

Nom. תַּקִּיף *fortis, robustus, durus, gravis.*

תֹּקֶף, Chald. תּוֹקֶף, & תְּקוֹף, & תְּקֵף *fortitudo, robur, vehementia animi, ira.*

Syr. תַּקִּיפָאִית *valde, vehementer.*

Arab. cum ת suprà punctato, תַּקִּיף *fortis.*

תקף *apprehendit, comprehendit, cepit, captivavit, incarceravit.*

אִן יִתְקְפוּכֶם *si vobis dominati fuerint.* תְּקְפָא

מְתַקַּף muthaccaf *incarceratus*, *captivus*.

תְּקַאף thicaf *captivitas*, *incarceratio*.

תְּקָאפָה *idem*.

מְתַקְפָה muthacafa *præda*;

תרר. Syr. תְּרַר & תַּר *accidit*, *defluxit*: cum נְתַר convenit. תַּרְּתַּ *defluxi*, *defeci*: ut inseratur ו pro litera duplicata.

תַּרָר *stultus*, dejjciens salivam.

Arab. תַּר tarr *tympanum*.

תראר tartar *tympanistа*.

תרא. Arab. cum ת suprà punctato, תַּרָא & תַּרִי *terra*, *lutum*.

תרב. תַּרְב tharb, quod interpretes *Zirbus* exprimunt, *pinguedo*, *omentum* seu *reticulum*.

Plural. תַּרְבִין *pinguedines*.

Arab. אַלְתַּרְב אַלְשַׁחְמִי *zirbus adipinus*.

תַּרְבַּת *fartile mulieris*.

Propr. Arab. יתרב Iesrab *Jethrib*, urbs felicis Arabiæ, in qua natus fuit Muhammed; distat à מכה *Mecha* 20 מַרַאחִל.

Sed sine ת suprà punctato, Arab. תֻּרָאב torab *terra*, *pulvis*, *lutum*, *argilla*, *creta*.

תַּרְבָה tarba *idem*.

תַּרָאבִי *luteus*.

Plural. תַּרָאבִין *lutei*.

מֻתַּרַב mutarrab *lutosus*, *argillosus*.

מַתְרַב madrab *terrenus*.

Plural. מַתָארִב *terreni*.

Verbum תרב tartab *lutavit*, luto oblinivit, obthuravit.

תרג Chald. תְּרוּג, & אֶתְרוֹג, & אֶטְרוֹג, Arab. אֻתְרֻג atrug, & אַתְרֻנְג atrung *citrus* arbor & fructus.

Plural. אֶתְרוֹגִין & תְּרוֹגִין *citri*. Generantur in Italia et in Media omni tempore mala citrea. Alia enim præcarpuntur, alia interim maturescunt.

Levit. 23. *Et accipietis vobis in die primo fructum* עֵץ הָדָר *arboris decoræ*.

Rabb. אֶתְרוֹגִי *citrinus*.

Arab. תַּרֻנְגָה toronga, Matth. turungen, trungian, bedarungi, bederangie *citrago*, *apiastrum* citreum malum redolens, *melissophyllum*.

תרד. Arab. cum ת suprà punctato, תריד tharid *intritum*, panis comminutus in jure pingui.

תַּרְדָה *buccella panis*, *mica*, *offa*, *fartile*.

תרה. Arab. תַּרָה *moratus est*, *tardavit*, *expectavit*.

Chald. תְּרָא, Hiphil אַתְרִי *monuit*, *præmonuit*, *docuit*, *protestatus est*, *concionatus est*.

תַּרָא *monitor puerorum*, *pædagogus*.

הַתְרָאָה *protestatio*.

מַתְרָאָה *protestator*.

מַתְרָה *præmonens*.

תַּאֲרוּת *disciplina*.

Arab. תריה toraja *stella caprina*, *sydus in cœlo*, Pleiades.

מתראה *clavus*, *paxillus*.

תרז. Inde תִּרְזָה genus arboris, *ilex* vel *pinus*.

Rabbin. תָּרַח expulit ventum ex ventre, crepitum ventris emisit, *pepedit*, *egessit*.

תרט. Rabb. תֵּרוּט *semiclausio palpebras*.

תַּרְטִימָא *quartum mensura cibi*. Item *genus ponderis* vel *moneta*.

תרך tria significata habet. I. Chald. תְּרַךְ. Inde Piel תָּרֵךְ *ejecit*, *expulit*, *eliminavit*, *repudiavit*, *devastavit*.

Nom. תֵּרוּכוּת & תֵּרִיכוּתָא *ejectio*, *expulsio*, *eliminatio*.

II. Chald. תְּרַךְ *maledictus fuit*.

III. Arab. תַּרַךְ taraq *liquit*, *reliquit*, *dereliquit*, *deseruit*, *dimisit*, *repudiavit*, *renunciavit*, *resignavit*, *omisit*, *remisit*, *sivit*.

Nom. תַּארִךְ *decessor*.

תַּרְךְ tarq *desertio*, *intermissio*, *omissio*, *vacatio*, *decessio*, *cessatio*. *mors*.

Plural. תַּרָאִיךְ *cessationes*.

מַתְרְכַה *malleus*.

Plural. מַתָאִרךְ *mallei*.

תרם. Chald. תְּרַם *primitias obtulit*: in רום invenies.

Arab. תַּרִימָה *sponda*.

תרן. Inde תֹּרֶן *malus navis*, arbor excelsa in navi, cui velum alligatur.

Plural. Chald. תּוֹרְנִין *mali navis*.

Ezech. 27. *Et cedrum tulerunt de Libano, ut facerent* תֹּרֶן *malum contra te*.

Metaph. est *vexillum* quod in monte ponitur, ut ex longinquo videatur.

תרס duo significata habet. I. Rabb. תָּרַס *irritavit* & *in despectum habuit*.

Chald. תְּרִיס, Arab. תֻּרְס tars, & תֻּרְסָה *scutum*, *clypeus*.

Plural תְּרִיסִין, Arab. תראס tiras *scuta*, *clypei*.

Arab.

Arab. תרסי *scutalis*: Fœm. תרסית tarsia *clypealis*, herba quæ fructum fert clypeo similem.

מתרס mutarras *clypeatus*.

II. Syr. תרסא & תרסי *aluit*, *nutrivit*, *pavit*, *cibavit*. Matth. 6. *Pater vester in cælis* מתרסא *nutrit eas*.

מתרסן *nutritius*, *pastor*.

Rabb. תריסין *angeli* tam corruptorij quàm habituarij.

תרסית *corrigia*, *calceamentum*.

תרס *gibbosus*.

תרע. Chald. et Syr. תרע *rupit*, *disrupit*, *diruit*, *destruxit*: Absolutè, *ruptus*, *apertus fuit*, *erupit*.

Nom. תרעא *ruptura*.

תורעא *divisio*, *destructio*.

תרף. Inde תרף *imago*.

Plural. תרפים *imagines* factæ ad similitudinem corporis humani, ut in illis videant futura, *simulacra*, *idola*.

Chald. חרף *exprobravit*, *probris affecit*, *derisit*.

חרפא & חרפית *exprobratio*, *derisio*, *turpitudo*, *verendum*.

Rabb. חרף *putruit*, *computruit*: vel, *fudit sanguinem*, *phlebotomavit*.

תרץ duo significata habet. I. Chald. & Syr. תרץ *rectus fuit*, *directè ivit*, *rectà contendit*.

Nom. תריץ *rectus*.

תירוץ & תירץ, Fœmin. תריצא & תריצות *rectitudo*, *directio*, *correctio*, *emendatio*.

תריצאית *rectè*, *probè*.

Rabb. תרץ *solvit difficultatem*.

תירוץ *solutio dubij*.

תרצן *dubiorum solutor*, *expositor*, respondens ad objectiones.

II. Chald. תרץ *diruit*, *demolitus est*: cum נתץ convenit.

תריץ *dirutus*.

תשש. Arab. תשש *elanguit*, *debilis*, *infirmus fuit*.

Nom. תשות & תשישות *debilitas*, *infirmitas*, *languefactio*.

Arab. תשוש *permutatio*.

תשע. Inde תשע, Chald. תשע, Arab. תסע tisa: Masc. תשעה, Chald. תשעא, Arab. תסעה *novem*.

Plural. תשעים, Chald. תשעין; Arab. תסעין *nonaginta*.

תשיעי, Chald. תשיעי, Arab. תאסע *nonus*.

תשר. תשרי *Tisri*, nomen mensis.

תתת. תותח *bombarda*.

FINIS LITERÆ THAV.

RASCHE

RASCHE THEBOTH,

SIVE

ABBREVIATVRÆ HEBRÆÆ.

Ad Lectorem Gualth. Kiuchenius.

Abbreviaturas Hebraas, Rasche Thebos, hoc est, capita vocabulorum dictas, ut Latinas in Latinorum vetustioribus, ita & in Rabbinorū scriptis scribēdi celeritas peperit: unde illas postea etiam in libros excusos necessitas aut commoditas transtulit. Earum quantus studioso ad lectionem Hebraeorū sit usus, is demum intelliget, qui eas advertet illa maximè continere, quorum vi sensus orationis constat. Harum quadam omnibus Autheribus communes sunt, quadam singulis. Theologis vel Philosophis: neque lex huic differentia nisi ex usu statui potest. Qua verò ratione ab integrè scriptis dictionibus differant, virgulæ suprapositæ notant. Quandoque enim una virgula apici ultima litera obliquè superappenditur, & indicat vel unam literam abjectā, quæ ferè est ה ם ן ת*, quamvis tamen omnes Alphabeti literæ ita abscissa non rarò inveniantur: vel plures à fine omissas esse, ut fit in compluribus vocabulis ob crebrum eorum usum, ut* תגו׳ *pro* תגומר *:* ישר׳ *pro* ישראל *:* אפי׳ *pro* אפילו *:* ית׳ *pro* יתברך *vel* יתעלה *: &c. Sed quæ propriè Abbreviaturæ dici merentur, duabus suprapositis virgulis indicātur, & singulæ literæ singula sunt vocabula, ex qualibus Rasche Thebos hic Libellus subsequens constat. Olim tamen quot literæ, tot virgulæ ponebātur, sed nunc ferè duabus scriptores & typothetæ contenti sunt. Vbi observādum, Nomina propria, & emphaticè vel τεχνικῶς posita eodē modo notari, quod exercitatio, & orationis contextus, qui unicus Abbreviaturarum est magister, abundè notificabunt. Reliqua Lector studiosus ex hoc Libello observabit. Qui cùm à viro literaturæ Hebraæ expertißimo, ac varia lectione Clarißimo Georgio Weigenmeiero, quondam Professore Linguæ S. in Academia Tubingensi, collectus, copiosior & exactior sit, quàm omnes quotquot ad manus nostras pervenerint; consultum duximus, eundem, sed nunc plurimis Abbreviaturis, (quantum à nobis currente prelo ex lectione præsertim Philosophorum & Mekubbalim observari potuit,) auctum, Thesauro huic linguarum adijcere, nequid ad perfectionem ejus desideraretur. Vale, & laboribus fruere.*

א׳. In ראשי תיבות variè legitur usurpatum: 1. pro ראשון aut ראשונה *primus* vel *primò*, cùm aliquid enumeratur.

2. Pro אחד ut in Zohar בראשית י׳ יאו: וכרין *Inde* (scribitur) *Deus unus, & nomen ejus unum*. vel ושמו א׳ אחת & אחת: ut quando dicunt: א׳ בלב וא׳ בפה *Vnum in ore, & unum* (sive aliud) *in corde*.

3. In principijs dictionum valet אמר *dixit*, vel אמרו *dixerunt*: sed ferè non sine ו, hoc modo; וא׳ ab initio: ut, ואמר *& dixit*. Atque sic sæpè ם adijcitur, וא׳ם, id est, ואמר *& dixit*, vel in Plurali, ואמרו *& dixerunt*. & plerunque prima litera Nominis proprij aut Sapientum cum literis ע״ה aut ז״ל, &c. in fine adijcitur; ut in progressu patebit.

4. Est ultimum ex decem Nominibus divinis, nempè אדני, in libris De divino auditu.

5. Significat אויר *auram*, in libro פירוש השם *Expositio Nominis*; cujus author R. Iacob Cohen.

6. Ponitur in Tikkune Hazzohar mysticè, pro magno nomine quadrilitero יהוה. Quia sicut hoc nomen cōprehendit omnes decē Numerationes, sic א idem sua cōpositione, qua constat, indicat. Nam habet ' suprà, notans tres superiores, apiculo suo summo, medio & infimo; Et ' infrà, indicans מלכות; Sic ו est juxta sex reliquas Numerationes.

7. Multa alia adhuc signa sive symbola habet in libris Cabalisticis, quæ nimis longum esset persequi.

א״א. In commentarijs ponuntur:

1. Vice אמן אמן *Amen amen*.
2. Pro אי אפשר *Impossibile est*.
3. Pro אי אמרית *Si dixissem*.
4. Pro אדוני אבי *Dominus pater meus*.

In ſcriptis & commētarijs R.D. Kimhi, ubi de patre ſuo R. Ioſeph Kimhi loquitur.

5. Pro אֵלִיָּהוּ אַשְׁכְּנַזִּי *Elias Germanus*. In utraque parte Michlol R.D. Kimhi, peculiariter in Obſervat. Eliæ.

אאזל vel אא זל, In commentarijs, אֲדוֹנִי אָבִי זִכְרוֹנוֹ לִבְרָכָה *Dominus meus pater meus, cujus memoria ſit in benedictionem*, id eſt, quem fœlix & fauſtum ſit nominaſſe. In Commentarijs R. D. Kimhi.

אאכ, 1. אֲדֹנִי אֲבִיכֶם *Dominus pater veſter*. כ innuit ſuffixum כֶם.

2. אִלָּא אִסְכֵן *Niſi ſi ſic, Niſi alioqui.*

אאע, אברהם אבן עזרא *Abraham cognomento Ezra*. vide in ר.

אאעה, אָמַר אַבְרָהָם עָלָיו הַשָּׁלוֹם *Dixit Abraham, pax ſuper eum*, vel *qui eſt in pace*.

אב, Significat in Maſoreth כִּיסָא אַלְפָא *Alphabetū*. ut cùm dicunt: אב מן ב ב, id eſt, מִן תְּרֵין תְּרֵין *Alphabetum ex binis*. Sic, cùm notāt in aliquo verſiculo omnes contineri Alphabeti literas, אִית בְּפָסוּק *Eſt in verſiculo* Alphabetum. Et cum præfixo, הָאַלְפָא בֵּיתָא

אבאבאב, Harum integrum eſt אֶחָד בַּתּוֹרָה, אֶחָד בַּנְּבִיאִים, אֶחָד בַּכְּתוּבִים *Vnum in Lege, unum in Prophetis, unum in Hagiographis*.

אבה, אָמַר בָּרוּךְ הוּא *Dixit benedictus ipſe*. id eſt, Deus.

אביע, אצילות בריאה יצירה עשייה *Emanatio, creatio, formatio, πόιησις*. Quatuor mundi Cabbaliſtarum.

אבן ſive אֶבֶן, Apud peritos ſcientiæ De divino auditu, quos מְקֻבָּלִים vocant, אבן ſignificat אב *patrem*, & בן *filium* uno complexu, ad oſtendendum Patris & Filij unitatem in eſſentia. Tres autem literæ, tres hypoſtaſes in una οὐσίᾳ demonſtrant. Et hoc eſt myſterium, quod ſcribitur in Pſalmis, אֶבֶן מָאֲסוּ הַבּוֹנִים הָיְתָה לְרֹאשׁ פִּנָּה *lapis quem reprobaverunt ædificantes, factus eſt in caput anguli*. Et ideo Chriſtus Dominus vocatur à Daniele אֶבֶן *lapis* abſciſſus de monte ſine manibus.

אגלא vel אגלא, Eſt unum ex nominibus Dei arcanis, אַתָּה גִּבּוֹר לְעוֹלָם אֲדֹנָי *tu es potens in æternum, Domine*. Galat. lib. 2. c. 15. Alij dicunt, per א innui *unitatem*, per ג *ternarium* numerum ſive Trinitatem, per א & ל nomen Dei אֵל, quaſi Chriſtianè diceres, *Deus Triunus* vel *Vnitrinus*.

אדם, In libris Mekubbalim eſt נוטריקון, hoc eſt, unaquæq; litera integram dictionem ſignificat, nempe א אָדָם *Adam*, ד דָּוִד *David*, מ מָשִׁיחַ *Maſchiah*, id eſt, Chriſtus. Quorum trium hominum in סוד הגלגול unam eandemque fuiſſe animam dicunt: ſicut & Abelis & Moſis unam.

אדעה, אָמַר דָּוִד עָלָיו הַשָּׁלוֹם *dixit David, ſuper eum pax*. id eſt, qui placidè quieſcat.

אה, 1. Pro אָמַר הַפָּסוּק *Dixit verſus*, ſcil. Biblicus.

2. Pro אֲפִילוּ הָכִי *etiamnum, adhuc*.

3. Pro אִי הָכִי *ſi ſic* (eſt.) In Zohar.

או vel אוה, אָסוּר וְהֶתֵּר *prohibitum & licitum*. In compendio Aruch.

אונק vide אנק.

אזל, 1. Pro אָמְרוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה *Dixerunt, quorum memoria ſit in benedictionem*.

2. אֲבוֹתֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה *Patres noſtri quorum memoria*, &c. Et cum ו, ut: ואזל *& dixerunt*, &c.

אח. 1. In Maſoreth אֶחָד חָסֵר *unum deficiens*, ubi videlicet י pro ו non exprimitur. Et cum ו, ut: ואח, &c.

2. In Cōmentarijs de Raſche Theboth, facit אֶחָד vel אחר *unus, a, um*. Item אַחַר *poſt*.

אחזל, אָמְרוּ חֲכָמֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה *Dixerunt Sapientes noſtri, quorum ſit fauſta recordatio*.

אט בח vel אטבח, Eſt תְּמוּרַת literarum Alphabeti permutabilium, in Cabbala, ubi א pro ט, & ב pro ח, & ſic ulterius; & econtrà, pro ſe invicem accipiuntur. Non eſt ראשי תיבות.

אחכ, אַחַר כָּךְ ſeu אַחֲרֵי, vel אחר כן *poſtea, deinde*. Idem quod אכ ſine ח, de quo mox.

אי, אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל *Terra Iſraël*, & præfixis Monogrammis additis, באי ואי לאי *in, &, ad terram Iſraël*. מאי, מֵאֶרֶץ יִשְׂרָאֵל *de terra Iſraël*.

איה, אִם יִרְצֶה הַשֵּׁם vel יִגְזוֹר vel אם יַעֲזוֹר *Si Dominus juverit, voluerit, ſtatuerit*, id eſt, juvante, volente, ſtatuente Domino. הַשֵּׁם, id eſt, *nomen ipſum*, κατ' ἐξοχὴν ſignificat *nomen Tetragrammaton*.

אכ 1. אַחַר כָּךְ vel אחר כן *poſtea, deinde*.

2. אִם כֵּן *Si ita* eſt. Vtuntur eo pro illationis vocabulo, *ergo, igitur*. Et cum ו præfixo, ואכ &c. et ש כ quandoq; adijcitur.

אכיר, אָמֵן כֵּן יְהִי רָצוֹן *Amen*, (quod confirmantis eſt et optantis) *ſic ſit beneplacitum*. id eſt, ſic fiat voluntas Domini.

אל, אָמַר לוֹ *Dixit ei*, לָהֶם *eis*: vel אָמְרוּ *dixerunt ei* vel *eis*: pro ratione loci. Frequens eſt in Dialogiſmis et Proſopopœijs.

אל בם, Significat Cabbaliſtis cōmutationem literarum Alphabeti, ita ut viginti duabus Alphabeti literis in duas partes æqualiter diſtributis, א capiatur pro ל, ב pro מ, ג pro נ, et ſic ulterius, et econtrà. Atque

Atque secundùm hanc literarum Alphabeti commutationem, quæ אלבם vocatur, tradunt Cabalistæ pro טקאל, Esa. 7. vers. 6. intelligendum רמליהו Regem Israëlis. Harum תמורות seu 22. literarum commutationum genera plura in Sepher Iezira, Minhas Iehuda, Pardes, &c. traduntur, sed huc non pertinent.

אלכ, אם לאכן, In Pard. & Ziuni, *Si non sic.* Scribitur & cum ך, ut: ואילכ, *quòd si non sic* est.

אמ, 1. ארץ מצרים *Terra Ægypti.*
2. Masorithis est אחד מלא *unum plenum*, ubi scilicet litera, ו vel י exprimitur.

אמאח, אחד מלא אחד חסר *unum plenum, alterum deficiens*, vel ואח *& alterum deficiens.* Vbi nimirum ו vel י scribitur aut omittitur.

אמה, אמר השם *dixit nomen illud*, hoc est, ייגר, & הכתוב *Scriptura sacra.*

אמש, אויר מים אש *Aër, Aqua, Ignis.* Tria rerum principia & fundamenta. Quemadmodum enim omnes literæ ex his tribus ortum habent; sic ex tribus hisce omne ens. Terra commemorata non est, quod ipsa etiam ex his constet. Talia autem hæc statuenda sunt rerum exordia, ut non putemus, animas nostras, vel mentes cœlestes ex crasioribus his elementis constare, sed compositioni tali convenientibus: uti ex libro Iezira, in eumque Commentarijs, alijsque libris compluribus videre est.

אמת, 1. איוב משלי תהלים *Iob, Proverbia, Psalterium*, quos libros dicunt esse poëticos.
2. אש מים תפארת *Ignis, Aqua, decor.* Ita R. Menachē de Rakenati, citans librum Bahir, ... Mich. cap. 7. vers. 20. תתן אמת ליעקב. Sunt autem tres Numerationes, quæ aliâs גדולה גבורה תפארת nominantur.

אמתדתקע, דברים מלכים תרי עשר דברי הימים תהלים קהלת עזרא אלה *Deuteronomium, Reges, 12. Propheta minores, Psalmi, Ecclesiastes, Ezras.*

אנ, אם נאמר *Si dixerimus.*

אנב, Mosorithis valet אוריתא נביאים כתובים *Lex, Prophetæ, Hagiographa.* Quo compendio ipsi utuntur, cùm dictionum quampiam reperiri in Scripturis indicare volunt: semel in Lege, semel in Prophetis, semel in Hagiographis.

אנסו, אמן נצח סלה ועד *Amen perpetuò selah & semper.* Pro clausula in quibusdam libris ponitur, ut in היכל י׳, &c.

אנק, Onkelos, Chaldæus interpres Pentateuchi longè celeberrimus, nepos, ut Hebræi volunt, Titi Imperatoris ex sorore. Scribitur & אונק. Nec desunt etiam qui præter Hebraicæ linguæ morem ה emphaticum ab initio præponant, hoc modo: האנק *Onkelos ille.*

אס, אין סוף *Non finis*, id est, essentia, loco & tempore infinitum; dicitur Deus æternus, apud Cabbalistas.

אספ, אתנח סוף פסוק *Athnah, Sophpasuk.* Hoc notant Masorithæ in dictione, quæ affecta reperitur his accentibus.

אע, אבן עזרא *Abben Ezra.* Est Rabbi Abraham Hispanus, qui editione multorum librorum, præsertim Commentariorum in S. Biblia clarus fuit; Rabbinus varia doctrina insignis. Hinc apud suos nomen החכם, *sapientis* meruit. In omni quoque Philosophiæ genere exercitatissimus fuit, ut passim ejus Scripta ostendunt. Genus suum ad Ezram quendam retulit, unde se Arabica voce אבן cognominavit אבן עזרא *filium Ezra*, seu oriundum ab Ezra, ex Ezra prognatum: Alludens interim hoc cognomento ad nomen loci אבן העזר 1. Sam. 7. quod *lapidem auxiliarem* sonat, innuens se plurimum adjumenti literis Hebraicis attulisse.

אעג, אף על גב *tametsi, quamvis.* Alij perperam pro גב putant scribendum גל. Hoc autem falsum esse apparet, quia in hac Abbreviatura postrema vox interdum integrè scribitur, hoc modo: אע״גב, quod est, אף על גב.

אענע, אבן עזרא נוחו עדן *Aben Ezra, quies ejus sit Paradisus.* id est, deliciarum hortus.

אעפ, אף על פי vel unica dictione אעפי, אעפ״י *licet, quamvis, etsi.* Huic sæpè ex abundanti præponitur ו, ut ואעפ *Et quamvis, licet*, &c.

אעפכ, אף על פי כן vel אעפ״י כן *tamen, licet ita sit.* Est ἀντίστροφον antecedentis אע״פ.

אפס, אחד פסוק סימן *Vnus versus est signum.* Ita loquuntur Masorithæ, cùm versum aliquem dant, pro rei alicujus signo.

אצל, אין צריך לומר *Non est necesse dicere.*

אק, 1. ואקשי קשיא :ut,ו &cū ,אבתי קשיא Et scriptum est durum. Qua solent uti abbreviatione Thalmudici, cùm quid ex Scriptura difficile objicitur. קשיא enim & קושיא (sine punctis קושיא) appellant objectionem, & מקשן objicientem sive opponentem. אבתי resectâ more suo extremâ literâ, pro אבתיב dicũt, & hoc pro אתקביב, & hoc pro מתקבתב.

2. Valet etiam אמר קרא vel קרא dicit Scriptura sive textus, quem & מקרא vocāt, à lectione.

אר, אמר רב vel רבי Dixit Magister, vel Magister meus. Vel in Plur. אמרו רבותינו dixerunt Magistri nostri. Et sæpè cū præposito ש vel ד Chaldæo: quod dixit vel dixerunt. Post א tamen frequēter מ interijcitur, ut אמ״ר. Idē.

ארגמנ, אוריאל רפאל גבריאל מיכאל נוריאל Vriel, Raphaël, Gabriel, Michaël, Nuriel. Hos tradunt esse מרכבת השכינה currum Spiritus sancti: In Rakenati. Hujus tamen Abbreviaturæ genera apud Cabbalistas penè innumera sunt, & ex usu cujúsque Authoris cognoscenda.

ארול, אמרו רבותינו זכרונם לברכה Dixerunt Magistri (vel Doctores) nostri quorum sancta sit recordatio, vel quorum memoria sit in benedictionem. Et cum ש præfixo, שאר״ול quòd dixerunt.

אריבל, אמר רבי יהושע בן לוי Dixit Rabbi Iosue filius Levi.

ארמע, אש רוח מים עפר Ignis, Aër, Aqua, Terra: In Zohar.

ארש אמר רבי שמעון Dicit Rabbi Simeon. Frequentiss. in libris De divino auditu.

אשעש, אמר שלמה עליו שלום Dixit Salomon, super eum sit pax, vel qui in pace quiescat.

את, אי תימא vel אם תאמר Chaldaicè, Quòd si dixeris: Sic dicunt in Antipophora. Sed sæpè ו copula præfigitur. Deinde, א״ת innuit sæpè in libris secretioribus (ut in Zohare, Porta lucis, Portis justitiæ, Bahir & alijs) idem quod A & Ω, in Apocalypsi; nempe principium & finem. id est, Deum.

אתבש, Sic vocant Hebræi Alphabetum inversum, quomodo scilicet ultima litera capitur pro prima, penultima pro secunda: & contrà, prima pro ultima, secunda pro penultima, & sic consequenter.

Hujus usus Cabalistis est perquàm familiaris: siquidem hac literarum Athbas sive commutatione multa secreta, ac à quibusque facilè intelligi possint, abscondunt. Estq; hæc Cabalisticæ pars vetustissima, siquidem ea etiam Prophetas usos fuisse constat. Vt, Ierem. 51. vers. 1. vocat Propheta Chaldæos לב קמי cor insurgētium in, vel contra me. In his duabus dictionibus, si literas præposterè, ut suprà monstratum est, numeres, in eodem sunt numero, quo vox כשדים Chaldæi, de quibus etiam Propheta ibidem agit. Itaque etiam Græci rectè verterūt χαλδαίοις. vid. אלבם.

אתל, 1. Valet in Thalmud idem quod אם תמצי לומר Si posit dicere. מצי lingua Thalmudica, potuit, à מצא Hebraico deductum. Potest etiam מצו impersonaliter exponi, pro convenit, ut אם תמצי לומר sit, Si convenit dicere, Si dictu consentaneum est.

2. אם תאמר לי Si dixeris mihi.

ב

1. שנים במספר Duo in numero. Item, Duo, dua, secundus, &c.

2. בית domus; Et cum ב præfixo, ב״ב בבית in domo: &c.

בא, 1. בית אב Domus patris. id est, cognatio: vel ביתאבי Domus patris mei.

2. In Grammatica valet בן אשר filius Aser, Rabbinus magnæ authoritatis, cujus lectionem in Biblijs sequuntur Iudæi occidentales, nomine Aharon filius Asar. Contrà, orientales Iudæi in Biblijs authoritate alterius cujusdam magni nominis Rabbini nituntur, בן נפתלי qui nomine Iacobus, fuit filius Naphthali.

בב, בבא בתרא Porta postrema. Tractatus Thalmudici nomen est. Et cum ב præfixo, בב״ב in Baba bathra. Cæterùm cum uno apiculo in capite, hoc modo: בב׳, est בבית in domo: vide suprà.

בבב, vide in ב״ב.

בגך, 1. בגיני כך Propterea. in Zohar. & בגיני כך בג״כ idem.

2. בגוונא דא Eodem modo. ibid. Frequentius cum ו præfixo.

בגה, 1. בגבורת השם Cum auxilio vel fortitudine Domini.

2. בגזרת השם Decreto & ordinatione Domini.

בד, בית דין Domus judicij. id est, Consistoriū, congregatio ipsa Iudicum, non locus, ubi sedent Iudices. Et cum ש sic, שביד שבית דין Cùm fuerit domus Iudicij. id est, quando fuerit Consistorium, scil. fiet hoc vel istud.

בד, בְּסִיַּעְתָּא דִשְׁמַיָּא. *In auxilio cælorum*, id est, Dei.

בדנא, בְּמָה דְבָרִים אֲמוּרִים *Quibus verbis dicta sunt.* familiare R. Mosi filio Maimon, quem רמב״ם appellant; cùm verborum formulam, quibus quid dictum sit, passim expendi jubet.

בדה, בְּדִבְרֵי הַיָּמִים *In Annalibus.* Sic appellatur *liber Paralipomenon.*

בה, 1. בֵּיאוּר הַמִּלָּה *Declaratio dictionis.*
2. בֵּית הַכְּנֶסֶת *Synagoga, Schola* locus ubi Iudæorum congregatio convenit.
3. בֵּית הַמִּקְדָּשׁ. *Aedes* vel *domus Sanctuarij.*
4. בֵּית הִלֵּל *Domus* seu *familia Hillel* Rabbini clarissimi, qui, ut in Libro שבת legitur, floruit ante Templi secundi eversionem anno centesimo. Atque 80. habuit discipulos, omnes præstantissimo ingenio, & clarissima præditos doctrina. Inter quos recensetur & ipse Ionathan Vziels filius, qui Paraphrasin Chaldaicã, quam Thargũ vocant, in Biblia edidit: Cujus translatio in Prophetas tantùm ad manus nostras pervenit. Vide in Thalmud Baba bathra, & Galat. lib. 1. c. 2. De arcanis Cath. verit.
5. Valet בְּעֶזְרַת הַשֵּׁם aut הַצּוּר *Auxilio Dei* vel *Domini, sive Rupis.* Quod etiam notabitur infrà in בע״ה.
6. בָּרוּךְ הוּא *Benedictus ipse.* Et tum præcedit epitheton aliquod, ut: מאציל ב״ה in Pardes.

בדנוא, בְּעֶזְרַת הַשֵּׁם נַתְחִיל וְנִגְמֹר אָמֵן *Auxilio Dei incipiemus & finiemus, amen.* In principio Epistolarum, ut quando nostri dicunt: *Laus Deo*, in fronte literarum.

בדקר, בַּר הַקֹּדֶשׁ רַבִּי *filius sanctitatis Rabbi:* quod & transpositis literis dicunt רַבִּי קרהב הַבַּר קֹדֶשׁ. He emphatico præter morem præfixo regimini.

בוד vel **בו**, בָּשָׂר וָדָם *Caro & sanguis*, id est, mortalis, & ex rebus corruptioni obnoxijs constans homo.

בח, בַּעֲלֵי חַיִּים. *Prædita vitâ, animantia.* Interijcitur & ע, בע״ח. Non rarò etiam ה emphaticum præponunt, ה״בח vel הב״עח.

בח״ל. Vide infrà in Heth. **בי״ה**: Vide infrà in Iod. **ביי**. Vide infrà Iod simplex.

בי״לאנ, בָּרוּךְ יְהֹוָה לְעוֹלָם אָמֵן וְאָמֵן *Benedictus sit*, vel *laudetur Dominus in æternum: Amen & amen.* Extremus versiculus libri tertij Psalmorum, quo quidẽ in fine librorum peropportunè utuntur. Pro ב etiam ' ponitur, quod est יִתְבָּרַךְ. utrũq; in fine cujuslibet libri & פרשה, in Zohar reperitur.

בכי״מ, בָּרוּךְ כְּבוֹד יְהֹוָה מִמְּקוֹמוֹ *Benedicta gloria Domini, de loco suo, sc. recedentis.* Desumpta sunt hæc verba ex Ezech. cap. 3. v. 12.

בכמ, בֶּן כְּבוֹד מַעֲלַת *Filius gloriæ celsitudinis.*

בכמר seu **בכמהרר**. רַבִּי אוֹ הָרַב רַבִּי בְּכְבוֹד מַעֲלַת *Filius honoris excellentiæ Rabbi*, seu *magni magistri mei.* Hoc titulo afficiunt magni nominis Rabbinos, genere sermonis ex Italica lingua desumpto.

בכר, רַבִּי vel בֶּן כְּבוֹד רַב *Filius gloriæ Rab*, sive *Rabbi.* In Præfatione Grammaticæ R. Abraham de Balmis.

בלא, בְּלָשׁוֹן אַשְׁכְּנַזִּי *In lingua Germanica.* Vid. infrà in Lamed.

במ, בָּבָא מְצִיעָא *Porta media*: Est nomen tractatus in Thalmud.

במג vel **במב** vel **במא** vel **במט**, ב״א. בַּר מִן א׳ ב׳ ג׳ *Præter unum, duo, tres*, & sic deinceps usque ad 10. inclusivè. Post decenarium numerũ distinctè & separatim scribitur ב״מ, à literis numerabilibus, hoc modo: בַּר מִן, ב״מ י״א *Præter undecim*, בַּר מִן, ב״מ י״ב *Præter duodecim*, &c. in Masoreth præcipuè.

במכ, בֶּן מַעֲלַת כָּבוֹד *filius celsitudinis gloriæ.*

במש, בְּמִלּוֹת שׁוֹנוֹת *Dictionib. seu vocabulis diversis*: frequens in R. Kimhi.
2. בְּמָה שֶׁאָמַר *In eo quod dixit.*
3. In Zohare, במש׳, est בְּמֹשֶׁה *In Mose.*

במ״ת. Vide infrà in Mem.

בנ, בֶּן נַפְתָּלִי *filius Naphthali*, Rabbinus cujus in Biblijs lectionem sequuntur Orientales Iudæi, nomine *Iacob filius Naphthali.* vide ב״א.

בנא. Vide infrà in נא.

בנב. Vide infrà in Nun.

בנלבואעי, בָּרוּךְ נֹתֵן לַיָּעֵף כֹּחַ *Benedictus, qui lasso robur tribuit.* Sumptum ex Esa. 40. Sic suos plærunque claudere solent libros. Posteriorum literarũ, quæ ex eodem Esaiæ Dicto desumptæ, sunt hæ voces integræ, וּלְאֵין אוֹנִים עָצְמָה יַרְבֶּה *Et viribus defecto robur sive virtutem adaugebit.*

בסג. Vide infrà in Samech.

בס״ד. Vide ב״ר & סר.

בס״ט. Infrà in Samech.

בסמג & **בסמק**, סֵפֶר מִצְוֹת גָּדוֹל, *In libro præceptorũ magno.* Alterũ, בְּסֵפֶר מִצְוֹת קָטָן *in libro præceptorum parvo.* Duplex est apud illos liber in Legis præcepta, profusè

& contractè de eis tractans.

בספק, בְּסוֹף פִּרְקָא קַמָּא *In fine capitis primi.* Et cũ ו præfixo, ובספק, eſt וּבְסוֹף *Et in fine*, &c.

בסת. Vide infrà in Beth.

בעה, vide ב״ה. Sed ו in fine ſæpè adijcitur, ut: בשורת הצור וישו שתו בעירו, in Pard. *Auxilio Rupis & ſalutis ejus.*

בעהז בְּעִנְיָן הַזֶּה *In hoc negotio.*

בע״ז. Vide infrà in Hain.

בעזה, בן עזיאל ענין הזה, In Rakenati, ubi ſic habetur: ובן תרגם יונתן בעירה *Sic interpretatus eſt Ionathan filius Vzielis hoc negotium*, ſive *hanc rem.*

בעפ, כשל פה, ut in præmiſſis illis in Tikkune Hazzohar: שעדין לא נתנו דברים שבעפ *quãdo nondum tradita eſſent res quæ oretenus traduntur.* Sic & in Zohar.

ב״פ, Vid. infrà in פ״. בפ״ק. Vid. infr. in פ״ק.

בר, 1. בן רבי, vel Chald. בר רבי *filius Rabbi.* 2. בְּרֵאשִׁית רַבָּה *Geneſis magna:* Commentarij nomen in Geneſin.

ברג. Vide infrà in ר״ג.

ברזל, במאמר רבותינו זכרונם לברכה *In oratione* ſeu *ſermone Doctorum noſtrorum, fauſtæ memoriæ.*

בש, בית שמי, vel ut Talmudiſtæ ſine punctis ſcribunt שמאי, *Domus* ſeu *familia Schammai:* Rabbinus fuit celebris eodem tempore quo vixit Hillel. Hi duo Rabbini ob ſummam doctrinam cæteris præcelluerunt, & quia in multis inter ſe diſſentiebant, fuerunt primi, ſub quibus facta ſunt ſchiſmata. In Talmud frequens ipſorum mentio fit.

בשכמלו, ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד *Benedictum nomen, gloriæ regni ejus in æternum & ſemper.* In Zohare.

בת, בעל תכלית *Quicquid terminos habet:* Sic בת״ב בעל בלתי תכלית *Non habens terminum.* Quod infinitum eſt, in Pardes & Akida.

בת״ל. Vide infrà in ת״ל.

ג׳

Eſt in numeris, *tres, tria, ter, tertius*, &c. ſed geminatum גג, apud Kabaliſtas valet גדולה גבורה, id eſt, quartam & quintam Numerationem divinam.

גה vel גזה, גזרת השם, vel האל *Decretum & Ordinatio Dei.* Et cũ præfixis, מגה בגה, מגזרת, בגזרת *In vel Ex decreto Dei.* גזי vel מגזי: nõ eſt Raſche Theboth, pro גזרת מגזרת *Decretum, Ex decreto.* Iod in fine ſine punctis indicat Zere. In Grammatica, מגזרת, מגזו *Ex aliqua radice exciſum.* hoc eſt, deflexum ſeu derivatum.

גי, גימטריא pars Kabbalæ, qua literæ poteſtatis numeralis commutantur.

גכ, גם כן *etiam, ſic, itidem, ſimiliter*, &c. cum ב: in Zohar, בגכ.

גמ׳, גמרא pars Thalmud, ubi abſolvuntur & deciduntur quæſtiones.

גנת, His tribus literis tres Cabalæ partes ſignificantur, quas vocant גימטריא נוטריקון תמורה. Eſt autem גימטריא Cabbaliſtis, vocum expoſitio per characterum invicem dimenſionem numeralem ſive Arithmeticam. Hinc צמח *Germen*, Zach. 3. v. 8. R. Kimhi idem valere inquit, quod מנחם *cõſolator*, quod nomen eſt Meſſiæ; cùm ex utriuſque nominis literis reſultet numerus 138. Per נוטריקון Cabaliſtæ voces interpretantur, cùm dictio aliqua in tot reſolvitur vocabula, quot ſcripta fuit literis, quarũ unaquæque emergentis dictionis initialem literam conſtituit. Sic R. Schelomon Iizchaki נפתלי in Midras Agadah exponit, נתקבלה פה תפלתי לפני יהוה *Accepta eſt oratio mea coram Domino.* Cæterùm vocum expoſitionem Cabbaliſticam per תמורה vide ſuprà in אלבם & אתבש. Et quomodo hæc à צירוף differat, vide in Pardes Schaar 30.

גע, 1. גן עדן *Hortus voluptatis, paradiſus.* 2. גלוי ערוות *Denudatio verendorum.* Et cũ ל, ut: לגע, בגע רגע, frequens in Cõmentarijs. In Zoha. מהיא מחשבה אשתכחו עברות חטאות ורוח עון ועושר.

גש, גרסת שמואל *Lectio* (doctrina, diſciplina) *Samuelis.* Et cũ מ *ex*, מגש, valet מגרסת שמואל *Ex lectione* vel *doctrina* aut *diſciplina Samuelis.* Nomen Rabbini.

ד׳

In numeralibus ſignificat, *quatuor, quartus, a, um, quartò*, &c.

דא, 1. דבר אחר *Verbum aliud* vel *ſermo alius.* id eſt, alia expoſitio. Frequens hujus uſus eſt in dubijs expoſitionibus.
2. דרך אחר vel אחרת *via alia*, ſeu *modus alius.*
3. דא איהו *hoc eſt illud:* In Zohar.

דאק, דאמר קרא *Quod dixit Scriptura.* Chal. vide ſuprà in א״ק.

דבם, דבבא מציעא *Porta media.* Vide ſuprà in ב״ם.

דה, דברי הימים *Verba dierum*, liber Paralipomenon. Vide ſuprà in ב״ה.

דהא. דהא אמרינן *Nam ecce dicimus nos.* Talmudicum eſt.

דהעה, דוד הנביא עליו השלום *David Propheta,*

pheta, super quem pax. vel דָּוִד הַמֶּלֶךְ, &c. David Rex: & tunc מ quandoque adijcitur, ut דהמע"ה, &c. in Pardes.

ד"הו. Vide infrà in ח"ו.

ד"ל, דַּי לַמֵּבִין Satis est intelligenti. Forma proverbiali, ut & latinè: Dictum sapienti sat est. Et cum præfixo ו, sic: וד"ל, pro וְדַי Et sat est, לַמֵּבִין intelligenti.

דלמא"ע, דַּע לִפְנֵי מִי אַתָּה עוֹמֵד Considera coram quo tu stas. Solet in locum scribi, ubi semper in conspectu sit.

דלת"ה, דְּלָא תֵימָא הָכִי Ne ita dicas. Talmudicum. Nam Talmudicè dicitur תֵּימָא pro Chal. תֵּאמַר. הָכִי pro כֵּן Hebraico.

ד"מ, דֶּרֶךְ מָשָׁל Per modum Parabolæ. id est, tropicè.

דע"ה, דָּוִד עָלָיו הַשָּׁלוֹם David super eum pax.

ד"פ. דּוּ פַּרְצוּפִין Duæ personæ, sic ex Zohar in Maareches Elohus vocatur sexta Numeratio divina, quòd ex benignitate & judicio, tanquam mari & fœmina constet.

דקב"ה. Vide infrà in קב"ה.

ד"ר, דְּבָרִים רַבָּא Deuteronomium cùm expositione Rabba. id est, Magna.

דר"ג מה, רַבֵּנוּ גֵּרְשׁוֹן מְאוֹר הַגּוֹלָה Rabbinus Gersonis, luminis captivitatis seu exulum. Sic vocant Rabbinum quendam, qui alienas literas reserantibus Anathema imprecatus est. Atq; hæc literis extrinsecus superscribunt hoc modo: תח"ר דר"ג מ"ה וְאָסוּר לְזָרִים Et hòc interdictum sit externis sub anathemate Rabbi Gerson, luminis captivitatis.

ד"ת, דִּבְרֵי תוֹרָה Verba Legis, sc. Mosaicæ.

ה

1. Est quinque in numeris.

2. הַשֵּׁם Nomen ipsum, [illegible] intelligentes nomen Tetragrammaton יהוה ineffabile. Est autem hoc puræ Dei essentiæ nomen, eamque ob causam soli Deo peculiare, cùm cætera effectiones magis & attributa alijs ferè communia significent.

הא"ב. Vide suprà in א"ב.

הא"ע, הֶחָכָם אִבְּן עֶזְרָא Sapiens ille Abè Ezra.

הב"ה, הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא Sanctus ille (per Antonomasian, Deus) benedictus ipse.

הבע"ל vel הבע"לט, הַבָּא עָלֵינוּ לְטוֹבָה Veniens super nos ad bonum.

הב"ת item הבע"ת. Vide suprà in כ"ה.

ה"ד, 1. הַיְנוּ דִּכְתִיב Illud ipsum est, quod scriptum est. Sine punctis legitur היינו. Et cum ו sic, וה"ד Et est hoc ipsum, quod scriptum est. frequens in Commentarijs.

2. Potest etiam esse הוּא דִּכְתִיב Illud est quod scribitur.

ה"ה, 1. הוּא הַדִּין Idem judicium, par est ratio.

2. הַיְנוּ הַךְ Illud ipsum est. frequens apud Rabbinos.

3. הָנֵי הָכִי Ista ita sunt. הָכִי utriusque numeri est.

ה"הד, 1. הַיְנוּ הֵיךְ דְּאָמַר Illud ipsum est, quod ait.

2. הָאָמִיר vel הָדָא הִיא דְאָמַר Hoc ipsum est quod ait, vel quod dicitur: vel הָדָא הוּא דְאָמְרִין Hoc ipsum est quod dicimus nos: vel הַיְנוּ הָא דִכְתִיב Hoc est quod scriptum est. Modi loquendi Rabbinis frequentes.

3. הוּא הַדָּבָר Hæc est res ipsa.

ה"הר, הַקָּדוֹשׁ הָרַב רַבֵּינוּ Sanctus ille Magister, Magister noster. Vel הֶחָסִיד רַבִּי Pius ille Magister, [illegible] &c. Sic vocatur Rab. Iizhak. Item Rabbi Meir. Et cum præfixis וה"הר, לה"הר, &c. Item, הֶחָכָם הַגָּדוֹל רַבִּי Sapiens magnus Rabbi. Sic vocatur R. Schelomo filius Gabirol, à R. David Kimhi.

ה"זל, הָרַב זִכְרוֹנוֹ לִבְרָכָה Magister memoria ejus ad benedictionem: vel est in plurali explicandum.

ה"י, הַשֵּׁם יִתְבָּרֵךְ vel יִתְעַלֶּה Dominus celebrandus vel attollendus.

ה"יד. הַבּוֹרֵא יִנְקוֹם דָּמוֹ Creator ulciscetur sanguinem ejus.

הכד"א. הֵיכִי דְאָמַר Iuxta quòd dixit.

הי"לל. הָיָה לוֹ לוֹמַר Fuerat ei dicendum: quod & sine Iod scribitur ה"לל.

ה"ל, 1. הָיָה לוֹמַר erat dicendum.

2. הֲוָה לֵיהּ Fuit ei. In Midrasch Ruth. Hebraicè הָיָה לוֹ idem.

ה"לל. Vide suprà in הי"לל.

ה"לם, הֲלָכָה לְמֹשֶׁה מִסִּינַי Mos, ritus, consuetudo tradita Mosi de Sinai. Sunt traditiones Cabalisticæ.

ה"מ vel ה"מי. הָנֵי מִילֵּי Hæc sunt verba. Et cum ב præfixo, בה"מ, valet בְּהָנֵי מִילֵּי His ipsis verbis; quod in eum sensum dicitur, quo suprà כ"רא.

ה"מדא, הֵיךְ מָה דְאַתְּ אָמַר Iuxta id, quod ait: vel הֵיךְ מָה דְּאַתְּ אָמַר juxta id quod tu dicis. Cũ locũ aliquẽ Scripturæ citant. Potest & legi הַיְנוּ מָה דְאָמַר Illud ipsum est, quod ait.

ה״נ, הִיךְ נַמִי *Sic etiam* · in Zohar.
ה״נב, הַנָּבִיא *Propheta*. Non est ר״ת.
ה״נל, 1. הַנִּזְכָּר לְמַעְלָה *Memoratum suprà.* 2. הַנִּזְכָּר לִי *Memoratum à me.*
ה״נר, הַנָּדִיב רַבִּי vel הַנָּגִיד *Magnificus*, vel *princeps ille Rabbi.*
ה״סמך: Vide infrà in Samech. ה״עה. Vide infrà in ע״ה. ה״עו. Vide infrà in ע״ו.
ה״ק, הַקָּדוֹשׁ ὁ ἅγιος *Sanctus ille*. Dei epitheton.
הקב״ה, הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא *Sanctus benedictus ille*. Vel *sanctus ille celebrandus*. undique frequentiss.
ה״ר, הָרַב רַבֵּינוּ *Magister Magistrorū nostrorum.*
ה״רר. הֶחָכָם רַב רַבֵּינוּ vel הַגָּדוֹל. *Ille sapiens vel magnus Magister Magistrorum nostrorum*. Hoc titulo afficitur in Rak R. Eliefer Wormatiensis.
ה״רא, הָרַבִּי אַבְרָהָם. *Rabbi ille Abraham.*
ה״רדק Vide infrà in Resch.
ה״רמבם; הָרַבִּי מֹשֶׁה בֶּן מַיְמוֹן *Ipse Rabbi Mosche filius Maimonis*. & cum addito ז״ל, exponitur: *Ipse R. Mosche filius Maimonis, memoria ejus sit in benedictione.*
ה״ש vel ה״שי: Vide suprà ה״ח & ה״ש, item ש״ה. ה״שיה. ש״י. Vide infrà ש״ה.

ו

Multa hîc ex his, quæ suprà notata sunt, vel infrà notabuntur, reperies detracto vel addito *Vav*, quámvis aliqua eorum sine Vav omnino inveniantur. Est autem in numeris 6.

וא״זל item וא״ק Vide suprà in Aleph.
וא״ל, וְאֵין לוֹמַר *Neque dicendum*. וב״ים. Vide infrà י״ם. וב״כא. Quære infrà כ״א.
וג״ו vel וגו׳ וְגוֹמֵר. *Et complens*. id est, Et cætera. Sic dicunt citátes Scripturæ locum non plenum. · Non est rosch thebos; sicut nec וכו׳, quod vide.
וה״ה. Vide suprà in He. וח״שחיל. Vide infrà in Zain. וח״לב. Vide infrà in Heth.

וי״א. וְיֵשׁ אוֹמְרִים *Et sunt qui dicunt.*

וי״ל, וְיֵשׁ לוֹמַר *Et est dicendum, Et dici potest*, Quando objectionem solvunt.

וי״מ, וְיֵשׁ מְפָרְשִׁים *Et sunt qui exponunt.*

וי״ס. Quære infrà in Iod.
וי״קר, וַיִּקְרָא רַבָּא *Leviticus* cum expositione rabba. id est, *magna.*

וי״ת. וְיוֹנָתָן תִּרְגֵּם *Et Ionathan convertit*, seu *transtulit*. Chaldæus Paraphrastes celeberrimus, qui tota Biblia ex Hebræo in Chaldaismum transtulit. Sed hodie tantùm Prophetarum versionem habemus,

וכ״דג, Quære infrà in Caph.
וכו׳, וְכוּלֵּי *Et reliqua*. Propriè sic dicunt, cùm alia citantur, quàm ex contextu Bibliorum. Alij scribunt, וְכוּלֵּה *Et totum illud.*
וכ״ז, וְכָל זְמַן *Et omni tempore?* id est, quamdiu non est hoc, neque illud. Sæpè in Ziuni.
וכ״כ. Vide infrà in Caph.
וכ״ת, וְכִי תֵימָא *Et si dicas*, interroges.
וכ״תי, וְכֵן תִּרְגֵּם יוֹנָתָן *Et sic reddidit Ionathan.*
ו״ל, וְלָמַד *Et didicit*: vel וְלִמֵּד *Et docuit.*
ול״ו, וְלוֹמַר *Et dicendo*, vel *dicendum.*
ול״ר, וְלַמֵּבִין דַּי *Et intelligenti sat est.*

ול״מל, וְלָא מָצֵי לְמֵימַר *Nec potest dici*, vel, *nec convenit dicere*: In Thalmud.

ול״ש וְלָא שָׁנָא *Nec didicit*, seu *commentatus est, notavit, observavit.*

ומ״ל Quære infrà in Mem, מ״ל. ומי״נל. Quære infra in מ״ל.

ומ״ש ומו׳ צָאֵי שַׁבָּת *Et egressus Sabbathi*. Vide infrà in מ״ש.
ומ״ת. Vide infrà in Mem. ונ״א. Vide infrà in Nun. וע״א. Vide infrà in Hain. ועי״ן. Vide infrà in ש״נ.

וצ״ע. וְצָרִיךְ עִיּוּן *Et consideratione indiget.*

ור״ת. Vide infrà in ר״ת. ות״ח. Vide infrà in ת״ח.
ות״י, וְתַרְגֵּם יוֹנָתָן *Ac interpretatus est Ionathan*. Vel, ותרגום *Et Chaldæa interpretatio Ionatha*. Vel, וְתַרְגּוּם יְרוּשַׁלְמִי *Et Thargum Ierosolymitanum.*

ז

In numeris significat *Septem.*

ז״ב, זְמַן בְּמָה vel בְּמַה *Tempus in quo*, vel *quando.*

זא״ב ולב״יא. זְכוֹר אֶת בּוֹרַאֲךָ *recordare Creatoris tui*. Atiàs, זַמְּרוּ לֵאלֹהִים בְּכָבוֹד *Psallite Domino in gloria*: וְהַצְנֵעַ לָבֹא בֵּית יְיָ אֱלֹהֶיךָ *& humiliter ingrediendo domū Domini Dei tui.*

ז״ל. 1. זִכְרוֹנוֹ לִבְרָכָה vel זִכְרוֹנָם *Recordatio ejus vel eorum sit in benedictione*, fausta sit ac felix. Sic de mortuis loquuntur celebribus quidem, sed qui sanctimonia alioqui non fuerint insigniores. De his enim dicerent, ע״ה, עָלָיו הַשָּׁלוֹם *Super eum pax*. Potest tamen explicari זָכוּר לְטוֹב *Memoratus ad bonum*; ut dicere solemus: *Quem honoris causâ nomino.*
2. זֶה לְשׁוֹנוֹ, cum ו præfixo plerunq;, & præcedente ספר aut מאמר aut simile: וְזֶה לְשׁוֹנוֹ *Hac, vel, & hac ejus oratio est, ita ille inquit*. Ut nos Latini, post verba ex Authore aliquo recitata, dicimus: *Hac ille, Hactenus ille.*

ולד״ה.

ז״לה״ה, זִכְרוֹנוֹ לְחַיֵּי הָעוֹלָם הַבָּא *Memoria ejus sit ad vitam seculi futuri.*

זצ״ל, זֵכֶר צַדִּיק לִבְרָכָה *Memoria justi est in benedictionem.* Desumptum ex Prov. 10. v. 7. Eodem sensu, quo superius illud ז״ל de mortuis.

זצו״ל, זֵכֶר צַדִּיק וְחָסִיד לִבְרָכָה *Memoria Justi & benigni in benedictionem.*

זש״, זֶהוּ שֶׁאָמַר vel זֶה *Hoc est, quod dicit.* Et cum ו præfixo, וז״ש *Et hoc est, &c.*

זש״ה, זֶה אוֹ זֶהוּ שֶׁאָמַר הַכָּתוּב אוֹ הַפָּסוּק *Hoc est, quod Scriptura, vel versus (Biblicus) dicit* Frequens in Midrasch. cum ו copula sæpè.

ח׳

1. Notat numerum octavum.

2. cum literis numeralib. est חֵלֶק *Pars libri* cujuscunque. Raro tamen sine ב servili inveniatur.

ח״ה, חִדּוּשׁ הָעוֹלָם *Renovatio mundi:* in More Nebhuchim.

חה״רמם, חָכָם הַקָּדוֹשׁ רַבִּי מְנַחֵם מֵרִקַּנַאטִי *Sapiens sanctus ille Rabbi Menahem de Rakenate.* Est celebris commẽtator in Pentateuchũ. Hæc ר״ת plenè legũtur in titulo commentarij hujus Rabbini in Pentateuchum.

ח״ו, חַס וְשָׁלוֹם *Parce & pax,* hoc est, absit. Vtuntur autem Rabbini his verbis, quando aliquid mali deprecantur, & amoveri petunt, ut: מִינִים חוֹשְׁבִים ח״ו שֶׁיֵּשׁ שְׁתֵּי רְשׁוּיוֹת *Heretici opinantur, parce & pax sit, (hoc est, absit) duo esse principia, seu potestas divinas.* Et cum præfixo ד, דח״ו, valet דְּחַס וְשָׁלוֹם *Quod absit.*

חז״ל, חֲכָמֵינוּ זִכְרוֹנָם לִבְרָכָה *Sapientes nostri bona memoria,* sive, *quorum memoria sit in benedictione.*

ח״ל, חוּצָה לָאָרֶץ *Extra terram.* scil. Israel. Et cum Monogrammis præfixis, לח״ל pro לְחוּצָה לָאָרֶץ. Sic בח״ל, pro בְּחוּצָה, &c.

חל״ב, חֵרֶם לְזָרִים בְּנָחָשׁ *Anathema sit externis in serpente, vel juxta serpentem.* Hac verborum formula utuntur, cum diris imprecatione feriunt & excommunicant.

